

ditiones, quæ peculiariter adus ad hominibus generationibus requirit: alia naturalis seu contra naturam, in qua conditiones ille non servantur.

Quæst. II. Quoniam sunt species luxuriae conjugum in naturali?

Resp. Sex, nempe, simplex fornicatio, stuprum, raptus, adulterium, incestus, & sacrilegium, quorum quique ultimæ habent speciem, & notabiliter diversam inter se differantem superadditum luxuriae.

1. Simplex fornicatio est copula soluta cum soluta non virgine ex nullo consentio extra matrimonium. Solutus voco, qui nullo vinculo seu impedimento ab inveniendū inter se conjugio prohibentur. Dicitur non virgine. Nam ex S. Th. quæ 154. ar. 6.

*Fornicatio est concubitus, qui fit cum mulieribus in corruptis. Fornicatio enim est semper per se peccatum mortale, si sit consentio.* Ap. ad Ephes. s. Omnis fornicator non habet hereditatem in regno Christi. & dicitur: Et ex 1. ad Cor. 6. Neque fornicariis regnum Dei possidebunt. Et ad Gal. s. sup. cit. Esse vero intrinsece malum gravem, patet ex eo quod per se graviter repugnet bonæ ac debite educationi, quibus hinc enim requirit operam viri, & feminæ, qui inter se conjuncti Legge matrimonii: alioquin ex natura rei incerta esset, & periculo exposta proliis institutio. Unde ejusmodi inordinatio est gravis, utpote in remanenti momenti, qualis est bona proliis institutio. Et quamvis hoc incommodum posset impediri in aliquo casu, id est per accidens, & nihilominus debent a Deo, auctore nature, generaliter prohiberi pro omni casu: nam aliqui homines cupiditate excecata facile sibi fingerent & promitterent illud incommodum cessaturum in multis casibus, in quibus non cessaret, cum magno proliis damno. Immo nunquam posset cessare hoc damnatum & incommodum, quod est nasci extra matrimonium, & a parentibus Legge matrimonii non obligatis ad curandam & recte educandam prolem. Unde Innocentius XI. damnavit hanc propositionem: Tam clarum videtur, fornicationem secundum se nullam involvere malitiam. & solum esse malum quia interdictam, ut contrariam omnino rationi dissonam videtur.

Ceterum fornicatio cum concubina est ceteris gravior: quia concubinatus homo non solum peccat, sed etiam manet in statu peccati, & in continua voluntate saltim virtuali peccandi. Quare concubinariis, quamvis mors imminet, abfolvi non debet quin prius concubinam ejecerit, nisi ejiciendi tempus omnino desit, tunc enim sufficit verum ejiciendi propofitum.

Immo etiam si eam domi non retineat, extra mortis articulum non est abolvendus antequam habeatur experientia de ejus continentia.

Item fornicatio fidelis cum infideli est secundum omnes, longe gravior, quam cum catholica. Immo juxta De-Lugo, & alios, hæc circumstantia mutat speciem, quia prohibentur est ab Ecclesia matrimonium cum infideli in honorem religionis catholice, atque ob periculum male educationis proliis, & nimis amoris erga infidelem, & defectionis a vera fide: Ita ob idem motum censetur prohibita ab Ecclesia quævis copula cum infideli, quæ semper vergit in dedecus religionis, & ac proinde talis fornicatio est non solum contra castitatem, sed etiam contra virtutem religionis, ac cultus veri Dei.

Item fornicatio in Christianis habet peccatam etiam

fornicatioem. Nam contra potest per Baptismo & Eucharistiam facta sunt membra Christi, & templum Spiritus Sancti, 1. ad Cor. 3. & dicitur: 1. ad Cor. 3.

Copula vero cum alterius sponsa preter luxuriam continet malitiam mortalem injustitiam, postquam in eo quod fides data violatur, & res alteri promissa & ex justitia debita, notabiliter corruptur. Quod idem de sponso affirmant multi, quia pariter violatur in se gravi idem datam.

2. Stuprum est concubitus, quo mulier virgo extra matrimonium defloratur, seu corrumptur. Qui si fiat virgine coacta, vel per dolam seu fraudem de sancta, præter malitiam fornicationis continet duplitem injuriam mortalem, unam, scilicet virginitati, cui honor virginitatis per vim vel fraudem adimuntur: alteram ejus patri, in ejus custodia manente.

Quod si nec in vita, nec in sepulchro fuerit, tamen ejus defloratio, præter fornicationis malitiam, continet tum injuriam illatam parentibus, qui justitiam tuendi integritatem corporalem suæ virginis, donec nupti collocetur: justia illud Eccl. 7. *Fiit tibi sponsa, serva corpus illarum.* Tum malitiam contra pietatem illis debitam, præbendo illis gravissimam mortis ac ignominie causam, ob periculum æternæ dotem; vel in nuptiam retinendi filiam. Item constituit feminam in gravi periculo deinceps peccandi, & auferit signaculum virginitatis, cui multiplici malitie cooperatur stuprum. Quare circumstantia debetate virginitatis feminæ, etiam adque vim, dolo, falsis peritiosis, debet in confessione exprimi, præsertim cum fit verum stuprum, ex S. Th. 2. 2. q. 154. ar. 6.

Porro est etiam suprà species cum adolescentem virgo a muliere vel dolo ad copulam pertrahitur. Nam tunc est illicita ac violenta virginis defloratio.

3. Raptus est, cum persona aliqua per vim abducitur ab uno loco in alium, concubitus illiciti, vel alterius libidinis, aut etiam matrimonii causa, five sit mas, five femina, nupti aut innupta, virgo aut corrupta, five vis inferatur soli personæ abductæ, five parentibus solis, five utriusque. Unde duplitem continet malitiam mortalem; unam contra castitatem, alteram contra justitiam, ob injuriam illatam personæ abductæ invitæ, vel saltim ejus parentibus aut tutoribus, dum constituta sub ipsorum custodia extrahitur, ipsis rationabiliter invitis: Gravissimæ penæ in utroque jure contra raptorem statuantur.

4. Adulterium est concubitus personarum, quarum alterutra, vel utraque est conjuncta matrimonio cum alia terria. Præter malitiam luxurie mortalem, continet gravem injuriam, tum contra conjugem, nam vir non habet potestatem corporis sui, sed uxori; nec uxor sui, sed viro, ex 1. ad Cor. 7. tum contra matrimonii statum & sanctitatem. Unde specialiter prohibetur a Deo; *Non machaberis.* Et 1. Cor. 6. *Neque idolis servientes, neque ad alteri Regnum Dei possidebunt.*

Quod si conjux adulterantis consentiat, adhuc concubitus erit contra justitiam. Quia est semper contra jus conjugii, & conjugis ut conjux est, cui cedens valide non potest, eoquod est competat non ad bonum privatum, sed ratione status, qui communis est. Unde cum cessio juris fit nulla, jus manet, & ac tunc violatur; ideoque semper est verum adulterium.

rum. Hinc Innocentius XI. damnavit hæc propositionem: *Copula cum conjugata, consentiente marito, non est adulterium, adeoque sufficit in confessione dicere, se esse fornicatum.*

Triplex est adulterium. Nam vel est copula conjugati cum soluta, vel soluti cum conjugata, vel conjugati cum conjugata. Si femina sit conjugata, gravior est peccatum, quam si vir tantum, propter incommoda graviora, nempe incertitudinem proliis, suspensionem proliis alienæ cum damno mariti & veri hæreditis, & sæpe impedimentum generationis. Unde hæc circumstantia declarari debet, etiam ab adultero, quia ipse cooperatur feminæ ad illam gravitatem majorem, & ad pericula ac damna inde sequi nata. Si vero uterque sit conjugatus; adhuc gravior est, quia est duplex adulterium, & due injuriæ mortales in utroque conjugem, exprimende in confessione.

5. Incestus est copula personarum consanguinearum, vel affinium intra gradum prohibitum. Opponitur castitati, & pietati nam præter luxuriam constituit, continet turpitudinem contrariam reverentiam consanguineis vel affinis debite. Eo gravior scelus est, quo gradus est propinquior, qui proinde in confessione exprimi debet; nam consanguineis & affinis pro diversitate graduum diversus honor ac pietas debetur, & tunc violatur.

Item multo gravior est incestus cum consanguinea, quam cum affine, v. gr. cum sorore propria, quam cum sorore uxoris. Quia vinculum illud est multo arctius: nam plus est esse conjunctum ex proprio sanguine, quam ratione sanguinis uxoris; consanguinitatis propinquitas, utpote immediata ac naturalis, major est propinquitate affinitatis, quia est dumtaxat mediata & voluntaria. Immo incestus in consanguinitate differt specie ab incestu in affinitate, nam reverentia debita consanguineis, que violatur, est notabiliter diversa a reverentia debita affinis, cum habeat diversam notabiliter diversam, nempe communionem sanguinis, & originem ab eodem stipite: ac proinde illi duo incestus habent turpitudinem notabiliter diversam.

Incestus vero spiritualis, qui est copula illicita inter personas impeditas ob cognitionem spiritualem ortam ex Baptismo vel Confirmatione, continet tum malitiam propriam incestus, quatenus est copula inter personas vinculo spirituali conjunctas, cuius conjunctionis intuitu Ecclesia prohibet inter illas matrimonium: tum malitiam sacrilegiam, eoquod prohibito ista facta sit propter reverentiam debitam Sacramento, que reverentia violatur per talium copulam. Unde debet explicari cognatio spiritualis in specie, ut innoteat utraque malitia. Ita Delugo, Sanchez &c.

6. Sacrilegium veneremur est violatio rei sacre per actum luxurie. Unde duplitem continet malitiam mortalem, unam contra castitatem, & alteram contra religionem, quia gravis irreverentia Deo irrogatur. Res autem sacre, que sic violari solent, sunt persona voto castitatis etiam simpliciter obstricta, & locus sacre.

Quare sacrilegium est: 1. Omnis adus tum externus, cum etiam mere internus luxurie five consummate, five non consummate, a persona voto castitatis obstricta, vel ab alia cum illa, aut circa illam commissus: ut sunt pellutio, copula, osculatio, delicta, delicta, delicta morosa &c. Nam per

tales adus violatur sanctitas persone, que per votum castitatis corpus fuit, & affectus fides omnes quod voluptatem veneremur Deo consecravit. Quod si utraque persona sit sacra, erit duplex sacrilegium.

2. Omnis adus veneremur illicitus exterior, est occultus, ut fornicatio, pollutio, & tactus in pudici in loco sacro, nempe in Ecclesia vel cœterio. Nam sicut contra reverentiam loci sacri, & ejus intuitu ab Ecclesia prohibetur. Item copula conjugalit etiam occulta, quam non permittit sanctitas loci, & que in ejus reverentiam ab Ecclesia prohibetur.

Porro tanto gravior est sacrilegium, quanto foedior est luxuria; quia tanto magis repugnat reverentia debite rebus sacris.

Nota. Peccatum luxurie Confessarij cum Penitentem continet malitiam duplicem sacrilegiam, tum contra votum castitatis, tum contra reverentiam Sacramenti, quod per hoc redditur odiosum ac suspectum maxime si limitur ut medium ad peccandum. Immo licet tale peccatum non sit proprie incestus, quia non contrahitur cognatio spiritualis, nisi ex Baptismo, & Confirmatione, c. 9. de cognat. spir. in 6. tamen habet etiam malitiam tanquam incestus spiritualis: nam est incestus quidam similitudinis, ut ex cap. Non debet 30. qu. 1. ubi Cælestis Papa ait: *Non debet Episcopus, aut Presbyter commiseri cum mulieribus, que ei sua fuerint con. 6. peccata. Si forte (quod abfit) hoc commiserit; se punietur, quando de filia spirituali, Episcopus quinquæ annos, Presbyter duodecim, & deponatur, si tamen in conscientiam populi devenierit.* Et ex cap. Omnes eod. Quia per penitentiam contrahitur quoddam sedus inter sacerdotem & mulierem consentem, simile cognitioni spirituali, ut tantum peccet cum casualiter cognoscitur, ac si esset sua spiritualis filia, ait S. Th. in 4. dist. 42. q. 4. ar. 4. ad 8. Hinc circumstantia hæc in confessione exprimi debet. Sanchez, Delugo &c.

Quæst. III. Quoniam sunt species luxurie conjugum in naturali?

Resp. Cum hæc peccata sint ea, in quibus non servantur conditiones, que postulat natura adus veneremur, ut ex eo possit fieri conceptio hominis, & hæc conditiones quinque sint, scilicet conjunctio duorum, eadem in utroque species, sexus diversus, organa seu vasa apta, & debitus motus, ideo sunt quinque ejusmodi peccata.

1. Mollities, seu pollutio proprie sumpta, que est voluntaria feminis effusio sine ullo concubitu; five illud foras effundatur, ut in maribus; five intus difflat in matricem, ut in feminis.

2. Inordinatus concubendi modus, quo semen extra vas effunditur, aut effundendi periculum inferitur, est peccatum mortale, cum repugnet generationi, ad quam semen ex natura sua ordinatum est: & quidem graviter polluitur, cum ei superaddat inordinatum congressum. Quod si modus delectus non servetur, sed vir succumbat, vel æveræ accedat more peccorum, vel a latere staret sedeat, tunc, modo diligenter avertatur periculum effusionis extra vas, juxta communem sententiam non est peccatum per se mortale, sed veniale grave, nec contra naturam, sed præter naturam. Dico per se, quia potest esse, & est plerumque signum concupiscencie mortalis, cum fit ex



sola libidine sine causa, ut dicit S. Th. Sed nullum erit peccatum, si hoc fiat ex necessitate, cum scilicet ob dispositionem alterius corporis conjuges non possint servare modum ordinatum; nam tunc alter modus non est incongruus respectu illorum: sed conveniens, modo diligenter avertatur periculum effusionis extra vas.

3. Sodomitica imperfecta, quae est commixtio maris cum femina non servatis debitis organis, seu instrumentis naturalibus.

4. Sodomitica perfecta, quae est commixtio duorum ejusdem sexus, ut maris cum mare, vel feminae cum femina. Nec refert in quo vase coeant masculi inter se, & feminae, sive in vase exteriori aut posteriori, sive in ore, aut quavis alia parte, cum sodomitica perfecta consistat in affectu ad sexum indistinctum, & sit completa eo modo quo perit, cum est applicatio membri ad membrum ejusdem sexus. Praeter malitiam mortalem graviorem pollutione, potest habere aliam ajuvntiam, ut adulterium, si fiat in persona conjugata vel cum illa; sacrilegium, si cum sacra; incestus, si cum consanguinea aut affini &c. Debet autem penitens explicare in confessione, an fuerit agens vel patiens, quia ex parte agentis intervenit pollutio propria, quae forte non intervenit ex parte patientis (quavis peccatumque interveniat utrique; & cum sic intervenisse noscitur, exprimi debet). Nam diversa sunt peccata voluntaria pollui, & solum cooperari pollutioni alterius: aliud enim est non cohibere delectationem propriam illicitam, aliud procurare alienam. Delago.

Hac sodomia est diversae speciei ab imperfecta. Nam non servare in copula carnali debitum sexum, est deformitas contra rectam rationem, notabiliter diversa a deformitate, quae inest congressui, a quo non servatur debitum instrumentum seu vas, servato debito sexu.

5. Bestialitas, quae est coitus cum bestia, sive ejusdem, sive diversae speciei, est scelus ceteris gravius: nam magis deoecet naturam rationalem ad Dei imaginem factam; & diversitas speciei magis repugnat instituto naturae. Ad hoc revocatur congressus cum demone in forma hominis vel bruti, qui praeter malitiam luxuriae contra naturam est etiam contra virtutem religionis, propter commercium & societatem cum capitali hoste Dei.

Porro haec omnia peccata inter se specie differunt: nam singula habent specialem & notabiliter diversam deformitatem astitit regnantem. Hinc Alexander VII. damnavit hanc propositionem: *Mollities, Sodomia, & Bestialitas sunt peccata ejusdem speciei infame, ideoque sufficit dicere in confessione se procurasse pollutionem.* Sunt etiam graviora aliis speciebus luxuriae naturalis in ratione luxuriae: nam per se magis sunt contra naturam & finem generationis. Alique tamen ex his speciebus possunt esse graviores culpe ex allaparte, ut scilicet involvant malitiam alterius speciei contra iustitiam, pietatem, religionem: nam simplex pollutio non est absolute majus crimen quam concubitus cum matre, vel cum moxilla.

(1) De pollutione multifariam spectata habet multa in Opus. De modo coeundi, & puritate con-

Quaest. IV. An (1) pollutio voluntaria est peccata se semper peccatum mortale?

Resp. Affirmat. Ita omnes. Constat r. Ex 1. ad Cor. 6. Neque adulteri, neque moeches regnum Dei possidebunt. Et ad Ephel. 4. Omnis fornicator, aut immundus non habet hereditatem in regno Christi, & Dei. Pollutio autem est vera immunditia ac impuritas, & quidem specialis. 2. Quia est intrinsece mala, & crimen simpliciter fornicationis gravius. Nam graviter repugnat generationi & propagationi generis humani: ad quam ex natura sua ordinatum est semen humanum: ideoque gravem continet inordinationem, quam Scriptura indicat, Genes. 38. ubi de Chan. fundente semen in terram, ait: *Et sic fecit percessit eum Dominus, quod rem detestabilem faceret.* Innoc. XI. damnavit hanc propositionem: *Mollities iure natura prohibita non est: unde si Deus eam non interdixisset, sepe esset bona, & aliquando obligatoria sub mortali.*

Quae, sicut dicitur communem Doctorem sententiam, nullo casu, est non voluntaria, sed solus mortis vitandae causa, licet in se vel in alio quovis modo, pollutionem voluntarie procurare, admittere vel intendere, aut aliquod finem ea in intentione, ut etiam somno accidat. Nam iste actus pollutionis independenter a delectatione, secundum se, graviter repugnat generationi, quae sola est finis feminis humani. Et ideo neque licet probare, aut firmere medicamentum ad corrumpeudum semen, illudque intendendum via ordinaria sine delectatione.

Porro de diffillatione, quae est fluxus humoris quasi medii inter urinam & femina, idem sentendum est, quod de pollutione, si fiat cum sensu delectationis venereae. Cum autem sit sine ulla commotione spirituum genitalium, & absque omni carnali delectatione, de ea non est magis curandum quam de sudore, inquit Cajetanus.

Obj. Licet corporis sui partes abdicere ad vitae suae conservationem. Ergo &c. Resp. Disparitas est, quod partes corporis per se & primario ordinantur ad totum constituendum; unde de illis disponere licet ad totius conservationem. At semen solum institutum est & ordinatum ad speciem propagationem: ideoque eo uti non licet, nisi modo ad speciem propagationem convenientem idoneo, & intra matrimonium. Addit Sanchez, quod si illo casu liceret feminis effusionem procurare extra actum conjugii, in ea semitur, homine passione execrati & illiciti, cum licentiam facile extendent ad plures alios casus, in detrimentum speciei humanae, & seipsum illum casum adesse sibi falso persuaderent. Nam si simul voluptate frui, & omera educandae proli vitare liceret, impediretur propagatio generis humani. Unde ad commune bonum, & ad occurrentium periculis alias futuris, debuit pollutio iure naturali prohiberi in omni casu. At cum ab his membris sit de molesta, periculum non est, ne extendatur ultra casus a natura concessos.

Dixi, voluntaria. Quia si pollutio non fit voluntaria nec in se, nec in causa, ut sepe fit in somno, vel quando ex causis naturalibus licitis oritur.

(1) scientiae (c. 7. & seq. trib.) quod reperitur impressum inter Opuscula tam Angelici, tam Seraphici.

lar, non est peccatum, scilicet consensu in delectationem. Nam omne peccatum imputabile est essentialiter voluntarium, vel directe, vel indirecte, aut interpretative, in se vel in alio.

Pollutio tamen in somno facta mortalis est, si ante stricte procurata est, vel si post somnam in ipsa evigilatione, cum plena advertentia placuit ob delectationem venerem. Alias non est peccatum, nisi indirecte procurata fuerit in excessu cibi vel potus, quia nemo potest peccare in somno defectu intellectus. Ita S. Th. in 4. dist. 9. ar. 2. Quod si (ut multi docent) liceat evigilanti non impedire, sed permittere absolute pollutionem jam in somno ceptam ad vitandum morbum, (modo non fit periculum contentum in delectationem venerem, ad quod opus est oratione) quia inquit, est praecipue pari ex necessitate effusio seminalis, non autem delectationem; tunc talem est obligatio reprimendi delectationem per positivam dispensationem internam; nam non licet se habere indifferentem ad illam. Cetero autem peccat, qui expergestus promovet pollutionem in somno ceptam, ad eundem conatum; quia non praecipue patitur, sed positive continetur illam. In somno pollutio naturaliter fluere sentitur; quovis tempore tenemur eam cohibere, aliquo dispensatione interna, quam tenemur de venera delectatione elidere, non est efficax.

Nota. Saepe pollutio, praeter propriam malitiam, habet aliam in confessione exprimentandam, positam, vel ex qualitate personae se pollutentis, si est sacra vel conjugata: vel ex affectu ad aliam, cum qua desideratur concubitus, quae si soluta, malitiam habet fornicationis; si sacra, sacrilegii; si ejusdem sexus, sodomis; si conjugata, adulterii &c. vel ex modo quo se pollutit, si nempe fiat per tactum mutuum cum illa persona; nam haec circumstantia per se non ad speciem sodomis, si ambo sint ejusdem sexus, ad incestum si sint consanguinei aut affines &c. idem die de alio luxuriae peccatis.

Sed an licet desiderare pollutionem in somno contingente, ut natura levetur, seu sanetur, non intendendo pollutionem ipsam, nec delectationem veneream; nec aliquid adhibendo, ut pollutio in somno sequatur?

Resp. Atque cum aliis negat, quia pollutio est mala ex obiecto suo & natura; at non licet etiam quod bonum finem desiderare id quod ex obiecto suo malum est. Affirmat illicum S. Anton. 2. p. ar. 6. c. 5. ubi ait: *Appetere habere pollutionem propter alleviationem naturae tantum sine peccato, id est, sine hoc quod det operam, sed via naturali, non est peccatum.* Ratio quam affert Sanchez, est, quia talis pollutio non procurata, sed via naturali proveniens, nullatenus est actus hominis, nec eius voluntati subiectus, sed actus quidam & evacuatio naturalis, sicut sudor. Secus de homicidio & fornicatione, quae non sunt actus naturales, sed sicut natura Iberi, & hominis voluntati subiecti.

Item controversia est, utrum liceat de pollutione in somno inculpabiliter eveniente gaudere, praecipue ob levamen naturae & salutem corporis; quavis consentiant omnes licitum esse gaudere de bono effectu illo ex ea or. S. Th. in 4. dist. 9. ar. 4. q. 1. ad 5. de pollutione neclura & inculpabili, ait: *Si autem placeat ut natura exoneretur, vel alleviatio, peccatum non creditur.* Porro constat esse

mortale de illa gaudere propter delectationem venerem.

Quaest. V. An est peccatum ponere actionem, ex qua praevideatur fecutura pollutio, vel delectatio venerea?

Resp. 1. Est mortale ponere sine urgenti necessitate actionem, ex qua, tamquam causa proxima, praevideatur fecutura pollutio, vel delectatio venerea, quavis neutra aliunde intendatur, immo adit propositum illos motus comprimentum cum infurgat. Quia 1. Lex naturalis obligat ad non procurandum pollutionem & delectationem venerem, simul obligat graviter ad vitandas & auferendas causas horum motuum proxime excitativas, & per se in illos notabiliter influentes, ubi absque necessitate tales causas hominibus. 2. Merito effectus censorum talis est, & imputatur ponenti causam proximam sine necessitate eam cohibendam. Hinc graviter tenetur ejusmodi actionem inchoatam desinere statim ob infurgentem pollutionem, vel delectationem venerem: nam si pergas in illa actione, effectus secutus censeatur in illa volutus; volitio enim continuandi causam est virtualiter & mortaliter volitio effectus. Lessus, Valencia &c.

Causae autem seu dispositiones proxime horum motuum excitativae, sunt actiones quae per se sunt turpes, & nase excitare motus venereos, & turpitudinis speciem habent, nisi propriae vel alienae necessitatis talis honestiter, ut aspectus, & tactus partium pudendarum proprii vel alieni corporis, praesertim diversi sexus; lectio, auditio, lectio rerum valde obscenarum, & ad libidinem allicientium quavis esse sola curiositate fiat.

Dixi: sine necessitate: nam aspectus & tactus partium pudendarum alterius corporis ob necessitatem medendi, non est peccatum, scilicet affectu proprio, & per se involuntarium in delectationem venerem. Nam in tali casu pollutio facta non censeatur voluntaria in causa, sed solum permittitur; qui adest iusta ratio ponendi causam illam, & prosequenti ius suum non imputatur effectus praeter intentionem reatus. Neque enim tenemur motus illos naturales & per se involuntarios impedire, cum adest iusta causa non impediendi, & absque consensu periculo. Sic chirurgus exerceat suam artem circa mulierem; non peccat, etiam praevideat pollutionem inde fecuturam; modo absque periculo consensus in delectationem.

Resp. 2. Ex causa tamen sententia, non est mortale contra castitatem profectionem, ex qua tamquam causa sine dispositione remota & per accidens, praevideatur fecutura pollutio vel delectatio venerea, modo neutra intendatur, & absque periculo consensus in delectationem venerem. Quia 1. cum illi motus facillime & frequenter infurgant naturaliter, in estimatione prudenti non censentur sufficienter voluntarii in causa remota, ut imputentur illam ponenti ex alio iure; sed a sola natura corrupta oriri censentur; aliquo enim homo reneteret abstinere a multis actionibus licitis ac necessariis, nec illos motus experirent. Nec causae ille remota censentur moraliter illorum causae, nec in illas consentiens censentur velle talem effectum propter suam facilitatem, quae in illi motus excitantur ex natura corruptione, sed potius illa effusio procedit & virtute naturali expellente. 2. Quia ius suum prosequantur non



imputatur effectus per accidens, & prater intentionem factus.

Sanchez tamen ex communi docet, tales causas sine iusta causa ponere, esse veniale, etiam contra castitatem: quia aliquantulum auferatur castitati quod sine utilitate honesta cogente ponatur causa remota, & per accidens motum caliditatis inimicum, & ad malum incitantium.

Causae autem remotae & per accidens horum motuum sunt ex, quae non sunt per se turpes, nec ad luxuriam, sed ad alios fines licitos per se ordinantur, nec turpitudinis speciem habent, sed vel per se honesta sunt, ut auditio confessionum, vel indifferentes, ut equitatio, eius caloridum, studium medicinae, medicamentum &c. Quare haec, accedente honesta & utili causa, & clauso periculo confensus, sunt licita, quamvis prater intentionem ex eis sequatur pollutio, vel delectatio venerea. Nam tunc illi motus consentitur solum permitti, non voluti; eo quod nulla sit obligatio relinquendi opus honestum & utile, propter motum inordinatum & indeliberatum, occasione illius ex natura corruptione, prater intentionem & clauso periculo confensus, exurgentem.

Quod si esset periculum probabile consentiendi in delectationem veneream, (ut si pluries quis in tali occasione consentiret) tunc is, ex communi sententia, tenetur ab illa abstinere, quantumvis honesta & utili, v. gr. audire confessionem, abstinere; nam non licet se probabili peccandi periculo exponere.

Quest. VI. An est semper peccatum non expectans cogitationes de rebus venereis, sed in illis immorari?

Resp. Qui immoratur cum plena advertentia in cogitatione de rebus venereis, si ad delectationem veneream, quae non reprimatur, vel periculum confensus in illam, aut in rem cogitatum, peccat mortaliter ratione talis delectationis vel periculi, venialiter vero si advertentia sit solum imperfecta ad semiplenam, qualis est in semidormiente. Qui autem de talibus rebus cogitat ex iusta & honesta causa, v. gr. ut tales res melius discernat ad confessarii vel medici munus recte obendum, non peccat, sedulo periculo confensus in rem cogitatum & delectationem: quia talis cogitatio non est mala neque in se, neque in effectu aut ratione periculi. Erit autem venialis culpa, si hoc ex mera curiositate fiat, seclusis delectationibus venereis, & periculo confensus in rem cogitatum, & affectu in ipsam: quae tamen omnia raro absunt in cogitatione de his rebus absque fine honesto; nam hac materia est valde lubrica & periculosa.

Quest. VII. Quanam sunt peccata luxuriae non consummata?

Resp. Sunt desideria, delectatio morosa venerea, aspectus, amplexus, & tactus impudici, oculi, verba obscena, gestus turpes &c. sine effusione seminis. Jam conitar ex dictis c. 6. desiderium simplex est inefficax affectus luxuriosus, habere multum mortalem eisdem speciem; si desiderium simplex copularum cum conjugata vel consanguinea habet multum adulterii vel incestus: Nunc de ceteris agam.

Quest. VIII. An delectatio morosa venerea extra convictionem est mortalis?

Nota 1. Delectatio morosa est delectatio deliberata,

si five delectatio post sufficientem advertentiam admittitur sine approbata, est tunc instanti. Dicitur enim morosa, non a mora temporis quo durat, cum peccatum mortale unico instanti committi possit; sed voluntatis, quae post advertentiam sufficientem est immoratur, eam acceptando: aut non rejiciendo. Hinc potest esse delectatio morosa quantumvis instantanea, si nempe voluntas in eam advertenter per unicum instantem consistit.

Nota 2. Triplex est delectatio, nempe spiritualis, mere sensibilibus, & venerea. Spiritualis est ea, quae in sola voluntate residet sine ullo motu sensibili in corpore; si five quae est independens ab omni motu sensibili in corpore. Haec delectatio, si fit de actu mortali, est mortalis, & sumit speciem ab illo objecto. Delectatio mere sensibilibus est, quae oritur ex proportione ac conformitate rei sensibilibus cum organo sensus, sine ulla commotione spirituum genitalium circa partes venereas; qualis est delectatio, quae percipitur ex actu rei blanda, ex gustu, ex musica &c. Delectatio venerea est ea, quae sentitur circa partes venereas ex commotione spirituum genitalium, seu generationi intervenientium.

Resp. Omnis deliberata delectatio venerea vel minima, extra conjugium quaerita aut admittitur, est mortale peccatum, nec potest esse veniale ex levitate materiae. Est communi Doctorum sententia. Prob. Quia 1. Omnis delectatio venerea ex natura sua ordinatur ac tendit ad seminis effusionem, et quae inchoat quaedam illius: nam in omni delectatione venerea fit quaedam solutio seminis, sicutque delectatio ad partes venereas, ut testatur Aristoteles. Galenus. Hippocrates & medici. Ergo cum seminis effusio voluntaria extra actum conjugalem sit mortalis, ut patet ex dictis de pollutione & fornicatione, omnis actus ad illum ex se tendens & ordinatus, est per se mortalis; nam dispositio sumit suam speciem a malitia moralis a homine, ad quam dispositio, motus a termino ad quem tendit, medium a fine, causa a suo effectu. 2. Inter omnes conatus, mortaliter & practice loquendo, minimam delectationem veneream quaerit, vel deliberate admittit extra conjugium, habere annexum periculum proximum peccati mortalis: eo quod difficillimum fit & moraliter impossibile in re tam lubrica judicare ac determinare materiam levem, & obsummam naturae corruptae in talia propensionem sistere in certa delectationis parvitate, ita ut animus leviori delectatione illecesta, graviore non appetat, nec admittat. Ergo certum est etiam speculative, delectationem veneream vel minimam, quaeritam aut admittit, esse mortalem: cum certum sit etiam speculative omnem actionem, cui per se annexum est periculum mortale peccati mortalis, esse mortaliter malam, nam qui amat periculum, in illo peribit, Ecclesi. 5. & qui vult morale periculum peccati, vult saltem interpretative ipsum peccatum.

Obj. In furto, in excessu cibi vel potus datur levitas materiae. Ergo &c. Resp. Disparitas est, quia rei vilis ablatio, levis excessus in cibo vel potu per se non ordinatur ad actum mortalem, nec inducit periculum graviter peccandi. Ad delectationem veneream vel minimam ex se ordinatur ad effusionem seminis mortaliter malam extra conjugium, & per se inducit periculum consentiendi majori delectationi.

Nota. In societate nostra omnibus in virtute sancte obediens prohibendum est, ne quis publice, vel privatim sententiam huic oppositam, non modo veram & probabilem, sed ne ut tolerabilem quidem illa ratione doceat, aut sibi placere significet, aut secundum illam cutquam consilium dare &c. Ex Congr. 9. Decr. 24.

Quest. IX. An peccat mortaliter, qui post sufficientem advertentiam negat se habere ad delectationem veneream, eam neque approbando, neque reprehendendo?

Resp. Affirmat. (1) Quia voluntas tenetur reprimeri positive motus illicitos delectationis & sensuality, saltem per actum diligentiae. Ita S. Antonius, Suarez, Valquez, Azor, Lessius, & alii communiter cum S. Th. 1. 2. qu. 74. art. 6. ubi ait: Contingere peccatum esse in ratione dupliciter. Uno modo quando imperat illicitis passionibus... alio modo quando non reprimuntur illi motus... sicut cum aliqui postquam desideraverit, quod motus passionis insurgens est inordinatus, nihilominus circa ipsum immorantur, & ipsum non expellit. Prob. Quia 1. Concil. Trid. sess. 5. can. 5. debeat concupiscentiam non posse nocere non consentientibus, sed virtualiter per gratiam repugnantibus. Ergo ut non nocent, non sufficit mera negatio confensus, sed requiritur repugnancia sine duplicata positiva. Tales motus sunt ex objecto graviter inordinati, cum juxta

(1) Multa, ac varia assequi possunt, ac debent hypothese circa hominem affectum prava aliqua delectatione, quae recessit Seraphicus in 2. sent. dist. 2. q. 2. De hac vero hypothese, quam Auctor in praesenti quaerit proponit, hoc proferit S. Doctor. Si advertit homo periculum, & delectationem illam non repellit: sed mentem in talibus cogitationibus revolvi sinit: tunc dicitur Magistri, quod peccat mortaliter. Quia quamvis non sit ibi confensus verus, id est expressus, & formalis, est tamen ibi confensus interpretativus, & comedit sola mulier. Nihilominus tamen peccatum illud imputatur viro; quia cum eam concupere debuisset, & teneretur, non tamen compescuit (nominibus matris, & viri designat cum Magistro Sent. inferiorum, & superiori portionem rationis). Hoc tamen quod nunc ultimo dictum est, non est ubiqueque certum. Negant enim aliqui esse mortale in negligentia reprimendi ubi est diligentia, quantumcumque quis periculum advertat. Sed tamen securior via tenenda est: quidquid sit rei veritas. Et si cui hoc contingat, laudum est consilium, quod de ipsorum de mortali peccato in dubiis enim securior via eligenda est. Et antea (Aub. 1. ejusdem dist.) Sicut salutem suam corporalem negliget, qui serpentem juxta se licentius collocaret: sic qui in tali delectatione adverteat periculum, vel debens advertere, voluntarie veritatem exponit se discrimini, quando negligit repellere: & Similiter Anglicani in textu alibi recitato: Ante quam ratio delectationem perpendat &c. de duci consentium inter peccatum, & peccatum omnium, ex quo aliquis expresse non resistit delectationi, quam sibi bene tenet advertit. Quare sicut ex Scoto (in 4. sent. dist. 4. qu. 4.) adultus, qui actualiter ratione utitur, si tantum negative non consentit, nega-

omnes, in mortale illis positive consentire: item sunt ex natura sua dispositiones proximae ad opus mortale, ad quod valde pertinet & allicunt appetitum. Ergo graviter dissonavit natura rationali & Legi divinae se habere indifferenter ad illas; & voluntas, cujus est regere passiones secundum rectam rationem ac Legem divinam, tenetur illos expresse ac positive reprobare per formalem diligentiam. 3. Sicut non licet se habere indifferenter ad alius turpes ab illo circa se exercitos, ita nec ad motus turpes a demone vel ex natura corruptionis in se percitatos. 4. Illis motibus per se annexum est periculum inordinatum rei mortaliter mala, & confensus in delectationem; nam ex se sunt dispositiones proximae ad actum mortalem, nempe effusionem seminis, & per se vehementer allicunt voluntatem ad consentiendum per sympathiam appetitus sensitivi cum rationali. Ergo requiritur positiva diligentia ad impediendum voluntatis consentium, sine qua non tollitur periculum consentiendi, cum moraliter impossibile sit, voluntatem diu se negative habere circa objectum vehementer allicientis. Hinc illud Prov. 4. Omni custodia serva cor tuum.

Immo sola illa diligentia non sufficit, sed illi motus prout expellendi sunt, praesertim deserendo actionem, quae eos excitat, ut obicit caelesta iusta. Tum quia tunc sola diligentia non videtur satis iuxta, cum vix dici non possit, utrum sit vera dil-

igenti etiam non dementi baptismo, est difficile sit aliquem talem invenire, non est capax baptismi: quia si non habet devotionem aliquam, hoc est positivum consensum ad sacramentum, videtur illud contemnere: ita ex opposito quisquis in seipso advertit attentam aliquam delectationem inobstantem, videtur ei saltem indirecte assentiri, si in ipsa moritur absque ulla positiva, & efficaci repugnancia. Hinc autem intelligitur, adversa sententia Theobaldi contra praesentem quaestionem esse exprimeri in an seculo periculo expresse confensus in rem malam cogitatum, adit gravis obligatio positive resistendi inordinatis motibus, & delectationibus, quae ex concupiscentia naturaliter oriuntur? Periculum enim, si ludae naturale, & ordinarium, saltem indirecte consentiendi post plenam rationem advertentiam, est in praxi inseparabile ab ea voluntate indifferenteria sine suspensione, quam ipsi pecculatos ab omni periculo abstracta concipiunt. Praesentissimum autem sibi periculum facile apprehendunt, si haec tria serio observent, simulque uniant: videlicet 1. gravis de illicitum, quod fecum fieri quilibet perfectus mortis sensitivi appetitus, praesertim concupiscentibus. 2. incertam voluntatis propensionem ad seculas illi cebras eisdem appetitus; quippe ex Scoto (in 2. sent. q. 4. q. 5.) sicut intellectus conjunctus appetitui sensitivo satis est intelligere sensibilia: ita voluntas propter conjunctionem sui cum appetitu sensitivo nata est tendere in delectabilia tali appetitui, & maxime in maxime delectabilia. 3. suam generatam anime infirmitatem ex peccato communi ortam, ob quam tentationibus potissimum interioribus facillime succumbit, nisi Divinis roboretur ac sustentetur auxiliis, quae utique, non in scriptis aut officinibus, sed legitime certantibus sunt promissa.



placencia, an fallacia voluntatis sibi imponens, & illis modis frui volens. Tum quia homo tenetur impedire & expellere motus per se graviter inordinatos, saltem cum abest iusta causa eos permittendi. Hinc tenetur sub mortali adiones et leviter turpes, ut sunt vires, locutio, lectio rerum leviter oblectarum, ex sola curiositate dimittere statim atque excitant in te pollutionem, vel delectationem veneream vehementem, ut docet Valentia. Ubi autem adest iusta causa non sic expellendi, ut si probabilis timor sit, nec ex maiore reſistentia magis angeantur, aut illis depulſis graviores inſurgant, vel ſi ad illos motus expellendos dimittenda eſt actio honeſta, neceſſaria vel utilis, v. gr. auditio conſolationum, ſtudium catuum conſcientie, tunc ſufficit diſplacencia vera: alioqui homines deberent ſemper eſſe anxii, & multa bona omittere. (1)

Porro medium ſpiffimum competendi motus illos eſt, mentem ſtatim alio avertere, & ſi poterint, orare, ſigno Crucis ſe munire, oculos ad imaginem Chriſti crucifixi convertere, cogitare de eſus paſſione, de igne aeterno, morte &c. interdum de re indiſcreti, aut negotio quod animum applicet, & a tali objecto avocet. (2)

Quaest. X. An delectatio morosa de actu luxuria v. gr. copula cogitata, contrahit non solum malitiam substantiae operis, sed etiam circumstantiarum cognitarum ei annexarum, & speciem malitiam?

Resp. Affirmat. Ita S. Antonius, Cajetan. Suarez, & alii. Quia talis delectatio veritatur circa opus quod cogitatur; ergo illius obiectum est id omne quod cognoscitur; ac proinde non solum opus, sed etiam circumstantiae illi annexae & cognitae, sunt eius obiectum. Actus autem sunt in specie ac malitiam a toto objecto suo, & ad illam contrahendam sufficit voluntarium indiditatem ac interpretandum. Hinc simplex delectatio deliberata de copula cogitata cum conjugata vel coniugata pertinet ad speciem adoleſcentis vel incestus.

Quaest. XI. An oscula, aspectus, tactus impudici sunt culpa mortalis in non conjugatis?

Resp. 1. Ita omnia, immo & complexus, oscula, & tactus partium etiam honestarum, ut facies, manus, sunt culpa mortalis, si extra conjugium fiat ob delectationem veneream, quae potest ex illis fieri, quae etiam ibi sitendo. Idem dicit de tactu partium proprii corporis. Est communis sententia, & constat.

(1) Quando motuum, & delectationum turpium proxima causa non est peccaminosa (quali esset ex. gr. curiosus aspectus, aut tactus oblectationum rerum) sed prae rationabiliter, iusta, honesta (ut sunt) sunt prae rationabiliter medendi corporibus, excipiuntur Sacramentalis Confessione, publice docendi, & similia) tunc si contingat, ut ea causa proderent nequeat quae vel absolute, vel sine gravi difficultate & anxietate actualiter resistari sensuati motuibus, delectationibusque, propter magnam scilicet in praedictis ministerii occupationem, vel attentionem, ille minime peccabit hoc nomine praesertim, quod eosdem non expellit, aut non dimittat ministeria sua; dummodo sit ita comparatus, ut talibus simul nec actu consentiat, nec occurrat in proximo consentiendi periculo. Si quidem in ista hypothesis deſerone voluntarium, tum directum, tum indirectum. Directum quidem, ut per se loquar, indirectum etiam, quia ad hoc requiritur, ut agens & possit, & simul debeat amovere causam effectus mali quam obligationem non habent illi, qui seu in Ecclesia; seu in Republica necessarii, & utilisbus insidant occupationibus. Deficiente autem utraque, vel alterutra illarum conditionum, istos quoque peccare evidens est iuxta generalem, & indefinitam Apostoli regulam: non sunt facienda mala, ut evitent bona (vid. N. 374.) Quare qui ejusmodi officia vacant, vel proprio experimento nocent, si non consentire, aut proximam subite periculum consentiendi praesertim illis modis, & delectationibus; iam omnino tenentur ibi consentire, amovendo causas lapsus, aut periculum; tamen in se honorari, iuxta Evangelicam Christi praesertim, si oculus tuus, vel manus tua scandalizat te, tunc eam, abluende eam, & proice abis te. Neque, ubi grave istud ostendiculum patitur, possunt a Superioribus argui ad ea officia exercenda, quia nulla humana potest praesertim potest contra Deum, & conscientiam.

(2) Admissa doctrina saniore, & communiore;

quam Auctor in istis principali bus 9. quae asseruit, nosque in superiore Nota communitivimus, unum remanere observandum, quod ad praxim motuum remanere debet. Quotiescumque grave extat periculum assentiendi alii pro motu, seu delectatione sensuali, ut dicitur homo eidem efficaciter resistere, facti non est, si nullo proſpecto alio actu comparato voluntatis se conſervat ad studium, laborem, aliaque dispartata negotia, sed debet habere positivam diſplacenciam circa illam delectationem, sine positivam voluntatem non obsequendi eidem delectationi. Nam sola illa occupatio extranea; est vitare posse ad impediendum expressum voluntatis consensum proxime imminentem, atque etiam ad interruptandum indiditum, si ob longiorem remota delectationis moram iam intervenisse praesertim iuxta Angelici, ac Seraphici iudicia in superiore Nota iam expressa: atque minime sufficiens videtur ad efficacem reprehensionem inordinatarum delectationum proſerum venerearum. Hoc namque evitabit occupationi estiam sacra facillime se immiserent, ac denno animum ad assensum sollicitant, ac pellunt, ut experientia multiplici satis competunt. Quae circa, ut sit in tuo quisquis ejusmodi aculeo sentis, & adhuc quasi indifferens haeret, debet se ab habitatione excludere, primum ceteri aliqua voluntatis aversione illos spernendo, dein bonitatem aut indifferens quoddam opus aggrediendo. Sed potissime oratione aliqua saltem jaculatoria implorandum erit Divini Spiritus adiutorium; quoniam sine eius nomine nihil est innocuum, nec possimum esse continentem, nisi ipse dederit. Si motum hoc resistere non debent, etiam qui sunt ad excolendas virtutes exercitatis: quanto minus oportebit ab eo desistere religiosi in spiritali pugna vel imperio, vel iustitiam? E tamen nomine plurimos reperire est, qui in praedicto agone confituti putant, se sat feliciter a vano emerge exima viri contentione, vel singularum agitatione?

stat ex dilectis: nam mortale est, extra conjugium quaerere aut advenire admittere quamlibet delectationem veneream vel minimam, cum hae pariter materiae non admittat, & ex se tendat ad seminis effusionem, ideoque ad pollutionem vel fornicationem in non conjugato.

Hinc (ut docet S. Antonius) est etiam mortale permittere se tangi, etiam in facie vel manu, ab eo qui nocetur ad se moveri amore libidinoso, quia est cooperari & consentire alterius culpe mortali. Digni autem sunt morte, non solum qui mala faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus, ad Rom. 1.

Resp. 2. Tactus partium pudendarum aut pudendis proximam corporis, ejusdem vel diversi sexus sunt mortales, si fiat vel admittatur sine necessitate medendi; si non ob delectationem veneream, sed ex sola curiositate vel joco. Ita Sanchez, Layman, & alii communitiviter. Quia 1. Hi tactus ad delectationem veneream ex se tendunt, illamque valde excitant, & sic sunt causa illius proxima, immo ex suapte natura ad effusionem seminis referuntur. Ergo simul cum illa graviter prohibentur: nam prohibita graviter re aliqua, prohibentur etiam graviter omnia, quae per se ad illam excitant & ordinantur. Deinde causa participat malitiam sui effectus. 2. Hi tactus sunt impudici, & comprehenduntur nomine impudicitiae, quae ad Gal. 5. dicitur excludere a regno Dei.

Hinc scilicet necessitate medendi, tactum partium inhonestarum in se permittit ab alio fieri, est mortale; & quilibet tenetur quantum potest, omnino talia impedire in se, & illis resistere, cum fuit intrinsece mala.

Item mortale est propria pudenda sine necessitate tangere, si delectatio venerea ex eo tactu oriatur & praevideatur, quia dicitur ad pollutionem. Ita Sanchez, secus dicens, si tactus ille ex curiositate, levitate, absque libidine, & delectationis ac pollutionis periculo fiat: quia deficit animus libidinosus, nec intervenit ea turpitudine, quae in tactu alieno, nec idem periculum. Hoc tamen non omnino valet periculo, nec peccato.

Resp. 3. Adfectus partium pudendarum alterius sexus, item concubitus viri cum femina, quamvis non animo libidinoso, sed ex sola curiositate vel levitate, mortalis est. Quia ad veneream libidinem & pollutionem in hac natura corruptione per se multum excitat, & periculum morale consentiendi in delectationem veneream avertit, & valde honestati naturali adversatur. Ita Sanchez, Reginaldus, Layman, &c.

Adfectus vero pudendorum ejusdem sexus vel proprii corporis, aut coitus animalium ex sola curiositate vel levitate, scilicet affectu venereo, scandalo, & periculo pollutionis, ac delectationis venereae, juxta multos est solum venialis, quia nec graviter honestati adversatur, nec adeo luxuriam per se incitat. Potest tamen esse mortalis ratione periculi, spectata sapientissimi speciali fragilitate: quod non raro adest in juvenibus, quare ab his graviter deterreri sunt. Et certo mortalis est, si fiat ex voluptate deliberata quaesita.

Resp. 4. Amplexus, tactus & oscula etiam in partibus honestis, ob solum delectationem, mere sensibilem & nudum actu veneream, sunt culpa mor-

talis inter personas diversi sexus libidinis capaces, saltem si fiat cum mora veneratione, quamvis non intendatur expresse delectatio venerea. Quia illi actus exerciti, per se non parum excitant commotionem spirituum genitalium, & delectationem veneream, quae necessitate quadam physica oriatur ex tali delectatione sensibili, saltem repetita vel diuturna: & quia supposita propensione naturae inordinata in voluptatem carnis, non possunt sic suscipi absque delectatione morosa concubitus: aut saltem in hac natura corruptione ingerunt periculum morale delectationis venereae, & consensum in illam; & sic sunt causa effluunt libidinosi, utpote libidinis causae. Malitia autem talium actuum non est sine solum, sed etiam ex effectu, quoniam pariter sumi debet. Hinc Alexander VII. damnavit hanc propositionem: Est prohibitus opinio, quae dicit esse tantum venereum, osculum habitum ob delectationem carnalem & sensibilem, quae ex osculo oriatur, scilicet periculo consensus alterius, & pollutionis.

Resp. 5. Amplexus, contactus manuum, oscula in facie, si juxta morem patriae facti urbanitate ac benevolentiae honesta causa, non sunt peccata per se, quia non sunt impudica, nec per se tendunt in actum venereum, & sunt ob rationabilem causam. Ita communitiviter cum S. Thom. 2. 2. qu. 154. art. 4. Si vero illa fiat ex aliqua vanitate, joco, levitate, petulantia veniali, juxta multos, sunt solum venialia; modo abest animus affectus libidinosus, & periculum peccati gravis tamen in se quam in alio, nec, habita ratione constitutionis personarum, delectationem veneream multum excitant.

Si autem illa sine causa exercita, longiora sint, aut crebro fiant inter personas libidinis capaces, sunt mortalia. Quia augent affectum ad libidinem, & excitant delectationem veneream, afferuntque morale periculum consensum in illam. Nam (ut recte moment) in materia tamen lubrica, quae de se essent solum venialia, si repetantur sunt diutius probabatur, sunt mortalia, curiositate aut levitate degenerant in libidinem.

Quare admittens oscula morosa, aut crebra, aut indecentia, item tactus manillarum, peccat mortaliter. Quia cooperatur affectui libidinoso alterius, qui facit per illa indicatur.

Nota. Oscula, amplexus ob delectationem veneream, tactus & aspectus impudici mortales imprudenter ex communi sententia viri ejusdem speciei mortalis ac actus consummatus, seu concubitus, ad quem suapte natura referuntur, quamvis hic non intendatur. Quia sunt dispositio proxima ad concubium, & media per se ad illam tendentia: dispositio autem & media sunt mortalia a suo termino & fine: ac proinde illa omnia contrahunt diversam speciem malitiam, pro diversitate personarum, a quibus & circa quas exercentur: uti malitiam sodomiae, si cum simili sexu exercentur: adulterii, si cum conjugata aliena: incestus, si cum cognata, &c. Nam cum opera circa eas personas differant specie, ita etiam adus, qui sunt dispositio & media per se ad illa tendentia: quare circumstantia agentis & patientis exprimi debet in confessione. Ita Sanchez, Lessius, & alii. Impudicus vero viri ipsius tactus ad mollitiam pertinet, nisi alio referatur ex intentione agentis.

Quaest. XII. Quis peccatum est obsequi, canere, legere, vel audire turpia & obscena?



Resp. Est mortale, si fiat extra conjugium ob delectationem venerem, cum probabili periculo illius in se vel in alii, aut cum animo se oblectandi rebus illis. Ita S. Antonin. Navar. Sanchez, & alii communitur. Quia delectatio venera extra conjugium est ex objecto mortalis, cum sit mortale ei consentire. Ergo est mortale intendere vel procurare illam, aut ejus periculum probabile in se vel in aliis. Delectatio vero de actu turpi apprehenso est per se mortalis; ergo & illam verbis fovere.

Seculo anno omni affectu venero, & periculo delectationis venerae ac scandalis, turpia loqui vel canere solum ex levitate, vel legere aut audire ex mera curiositate, est saltem veniale. Nam haec ad verlanur castitati, & prohibentur Ephel. 4. Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat. Et c. 5. Fornicatio autem, & omnis immunditia nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos; aut turpitudinem, aut futilitatem, aut severitatem. Tamen iuxta S. Antonin. & alios, non est mortale, quia non est per se gravis inordinatio. De hoc nulli dubium est, quod qui dicit verba turpia & lasciva hac intentione, ut se vel alium provocet ad luxuriam, vel se mente delectandi in lectione & cogitatione turpium, extra matrimonium, mortaliter peccat. Sed ubi talia verba turpia dicuntur ex quadam levitate ad solatium, quamvis de se non videantur mortalia, quae peccata oris, secundum Thomam, per se maxime judicantur quoad gravitatem peccati ex intentione proferentis; tamen per accidens potest esse mortale tibi, ratione scandalis seu ruinae inde sequentis in mente alicujus; ut cum audientes sunt debiles spiritu, & verba essent multum lasciva. Idem videtur dicendum de facientibus vel cantantibus cantilenas plenas lascivis; ait S. Antonin. p. 2. to. 5. c. 1. §. 8.

Sed quia in praxi raro adest periculum turpis desiderii aut complacentiae, sive in proferente alicujus (1), sive in audientibus sermones, cautiones vel lectiones rerum turpium ac lascivarum, in, vel coram juvenibus aut aliis infirmis spiritu, raro vacat culpa mortali, nam corrumpunt mores bonos colloquia mala, i. ad Cor. 15. & praebent verba ad res ipsas ingressum, ait S. Athenas. Hinc obsecra proferens tenetur in Confessione exprimere numerum eorum, quibus fuit occasio turpis desiderii vel delectationis. Qui vero alicui praebet occasionem sermonis turpis considerandi carnaliorum periculo, vel praestat auctoritatem verbis turpibus, peccat mortaliter, etiam si rem narratam interius non approbet, nam complacentia vel approbatio exterior rei mortalis, est mortalis.

(1) Inter obsecra libros recentiores, quorum est in praxi proximum spiritualis vitiae praesertim periculum, utique a cunctis prorsusque evitandum, sed defuturis, seu praeditis quocumque facultate legendi prohibito libros, ex gr. est proculdubio libellus ille, qui sub fallaci titulo, elegantiarum latinis sermonis, maximas complectitur rerum turpitudinis, ut merito crederes, nisi aliunde constaret, Catholicorum typis recentior fuisse excusum, nam extra, tum intra Italiam nonnisi ex veterum Nicolaitarum, aut Gnosticorum sordidissimis officinis prodisse. Apposite Lane ad rem D. Bonaventurae

Idem est de gestibus turpibus ac de surpiloquis, cum sint etiam signa ad luxuriam incitanda, & de turpibus spectaculis ac concediis. Qui autem libros turpes & amatorios habent, non sunt absolvendi, nisi illos comburant.

Quest. XIII. An licent oscula, amplexus, tactus & c. in sponsis, & viduis?

Resp. 1. Omnis delectatio venera, aspectus & tactus turpis seu partium pudendarum, & quavis actus luxuriae, sunt mortales in viduis & sponsis. Ita Sanchez, & alii communitur. Quia cum omni delectatio venera & actus libidinosus suapte natura ordinatur ac tendat ad effusionem seminis & copulam, est mortalis in non conjugatis; cum effusio seminis & copula fit in ipsis mortalis: nam medium a fine, & actio a termino, ad quem tendit, malitiam ac speciem sumit. Cum ergo copula tantum fit sponsa ac viduis illicita, quam aliis solutis: tum etiam his illicitus est omnis actus turpis ac impudicus. Et vero cum sponsalia sint solum promissio futuri matrimonii, non traditio corporum, nullum tribuunt jus praesens in corpore alterius in ordine ad copulam hic & nunc exercendam, nec quovis ad actus qui ad illam per se ordinantur: sicuti minus iudicis exercere hodie non licet ei, cui praesens promissum est.

Inaque solum licent sponsi amplexus & oscula honesta, iuxta morem patriae, amoris honesti significandi & forensis causa: Hinc sponsi non debent relinquere sibi, ob periculum actuum impudicorum, vel etiam copulae, ut S. Carolus & Doctores passim monent.

Resp. 2. In sponsa a viduis mortalis est voluntaria delectatio carnalis seu delectatio appetitus sensitivi de copula futura aut praeterita, vel de copula apprehensa sub conditione, si adesset matrimonium. Ita Sanchez, Azor, & alii communitur. Quia delectatio carnalis, quae ex cogitatione copulae futurae vel praeteritae, vel conditionalis oritur, est delectatio absoluta, praesens & conjuncta cum actuali commotione spirituum genitalium per se ordinata ad copulam praesentem: sive carnalis illa delectatio est delectatio venera praesens & voluntaria, quae ex se ordinatur ad copulam praesentem, & ideoque semper mortalis est in non conjugatis. Nam copula praesens seu actualis semper est mortalis in non conjugatis: Ergo & omnis actus ad illam ex se ordinatus ac tendens. Et vero appetitus sensitivus sequitur imaginationem, quae non potest praesentem, nec apponere conditionem.

Porro sunt qui docent, posse excusari a mortali eos, qui alicuius commotione venera apprehendunt actum conjugalem ut praeteritum vel futurum, ap-

(serm. 2. de Invent. Sanctae Crucis) scripti: Qui vere continent esse vult, debet non solum tactus impudicus fugere, sed vanae aspectus, vanae auditus, & vanae locutiones vitare. Nam Lacerdemos tamquam castitatis amici (ut narrat eorum historiae) libros cuiusdam Philosophi extra civitatem iusserunt apportari, eo quod illorum lectio non erat omnino pudica, sed potius ad luxuriam inflammativa. Noluerunt enim visus suos talibus legentibus imbuere, ne honestis moribus suis nocerent, quam ingenio profectus. Ergo si talia Paragani fecerunt, quid deberent facere Christiani?

probantes quod illum exercebant aut exerceri sint; eo quod non approbent illud opus nisi quantumvis sit vel erit in licitum; sed monent talium mentis apprehensionem, cum vix possit esse sine delectatione venera, esse statim rejiciendam, & nunquam ascendendam. Neque enim est in nostra potestate sistere in delectatione mere spirituali, dum certa objecta apprehendimus.

Quest. XIV. Quomodo sunt filiae Luxuriae?

Resp. Ex S. Gregorio & Thoma sunt octo. Quatuor ex parte intellectus, nempe caecitas mentis, praecipitatio, inconsideratio, & inconstantia: quae sunt mortales, cum ideo praecipitatio aliquid in re gravi violatur. Et quatuor ex parte voluntatis. 1. Amor sui inordinatus quo luxuriosus carnem suam & carnis voluptates ita diligit, ut in eis suum ultimum ponat, suas cogitationes ac curas ad illarum affectionem referendo. 2. Odium Dei, qui voluptates illas graviter vetat & punit. 3. Affectus praesentis saeculi, hoc est, vitae praesentis & rerum hanc oblectantium, quo ita illis inhaeret, ut contentus esset in hoc mundo semper manere de beatitudinis caelestis consecutione haud sollicitus. 4. Horror, & desperatio futuri saeculi: horror quidem, quia scit se post mortem impuris voluptatibus privaturum, desperatio vero, quia obsecrae voluuptates desiderat quasi impossibile reparat. Haec quatuor sunt mortalia.

Quest. XV. Quomodo sunt remedia contra Luxuriam?

Resp. Illa. 1. Oratio humilis & frequens, nemo enim potest esse castus, nisi Deus det, Sap. 8. 2. Mortificatio & custodia sensuum, maxime visus. Virginitatem non conspicias, ne forte scandalizeris in decore illius. 3. Averte faciem tuam a muliere compta, & ne circumspicias speciem alienam. Propter speciem mulieris multi perierunt. 4. Ex hoc concupiscentia quasi ignis exardescit. Eccl. 5. & S. Aug. epist. 149. ait: Oculi vestri est jaciantur in altitatem, fixantur in neminem. Nec solo tactu, sed affectu quoque & aspectu appetitur. 5. Appetit feminae. Nec dicatis vos habere animos castos, si habeatis oculos impudicos. Unde illud S. Greg. M. 1. 22. moral. cap. 2. Inveniri non licet, quod non licet concupiscere. 6. Sobrietas, seu usus moderatus vini, quod non solum modicum, sed etiam aqua permixtum sit, praesertim in juvenibus: nam ex Prov. 20. Luxuria vitium vinum. Item abstinentia seu moderatus usus ciborum, nam copia nimia humorum & sanguinis suppediat materiam tentationum carnis: temperantia autem superfluitatem humorum impedit ac tollit. Unde Ezech. 16. dicitur: Ego haec tibi iniquitas Sodo-

ma, superbia, saturitas panis, & abundantia, & otium ipsius & silarum eius. . . & securus abominacionem coram me.

4. Vitatio ocellorum, quales sunt familiaritates & colloquia inter personas diversis sexus, frequentatio improborum, lectio librorum obscenorum, & amatoriores, choreae, concediis, spectacula &c. Hoc vitium vincitur suscipiendo. Contra libidinis impetum apprehende fugam, si vis obsecra viduarum, ait S. Aug. Et, Qui amat periculum, in illo peribit, Eccl. 3. Quocirca monendi sunt parentes, ne unquam lectum communem permittant pueris diversis sexus, etiam fratribus & sororibus, nec patiantur se cum liberis decumbere in eodem lecto, nec si grandiores sint, in eodem cubiculo: hoc enim periculosum est eorum castitati, ut experientia constat.

5. Fuga otii: Multam enim malitiam docuit origenes, Eccl. 31.

6. Frequens Confessio, & Communio cum dispositionibus.

7. Carnis macerationes, & jejuniis, cilicium, catena ferrea &c. Nam hoc genus non efficitur nisi per orationem, & jejunium. Math. 17. & contraria contrariis curantur.

8. Eleemosyna, & alia caritatis opera, quae valent ad obtinens a Deo uberores ac potentiores gratias.

9. Assidua plorum librorum lectio, & meditatio passionis Christi, ac errorum: In omnibus operibus tuis memorare novissima tua, & in aeternum non peccabis, Eccl. 2.

10. Occurrentes tentationes cogitare Deum adesse praesentem, iustam peccati vindictam, & virtutis remuneracionem; & saepe animo volvere illud S. Gregorii: Momentaneum est quod delectat, aeternum quod cruciat.

11. Initio tentationis fortiter resistere, & statim avertere cogitationem ad quivis aliud licitum primo occurrentis, sed praesertim ad Passionem (1) Christi &c. Diabolus serpens est lubricus, cuius si capiti, hoc est, prima suggestioni non resistitur, totus interna cordis, dum non sentitur, illabitur, ait S. Hieronimus in Eccl. cap. 9. Resistite diabolo & fugiet a vobis, Jac. 4. Si nihilominus tentari daret, orare, cogitare de morte, de penis inferni &c. intueri imaginem Christi patientis, vel eam animo contemplari: signo Crucis cor munire & considerare nomen, quantumcumque sane premarit, sumpturum esse cibum, si licet venenum ei esse admixtum, & ideoque sibi mortem illaturum. Numquid potest aliquid gustare, quod gustatum afferit mortem? Job. 6. Quanto magis metus certae mortis animae deterrere debet!

(1) Pia memoria Dominicae Passionis quam validum sit medicum ad abigendos demones, adeoque etiam ad quatuordecim spirituum tentationes superandas, colligere possumus ex festo, quod D. Bonavo. refert (serm. 4. in Dom. 13. post Pentec.) sibi ipse accidisse, licet peribit Armatura, quae debemus indui ad hoc, ut possimus superare diaboli tentamenta. est memoria Passionis Christi, quae si ad memoriam affectuosè reductur, omnes demones cum tremore effugant, secundum quod experientia me docuit pluribus. Nam semel cum diabolus fortiter me strinxit. Antoine Theol. Moral. Tom. I. P. II.

gens in gutture vellet strangulare, jam non valens nec nimis strictione gutturis clamare, ut Frarrum adiutorium imprecaret, incipiebam cum ingenti dolore (spiritum exhalare: statimque, habita Dominicae Passionis memoria, incipere, ex compassione Dominicae Passionis singulum geminare, & magna suspensa loco vocis submissus et cordis medullis emittere, quo finito virtute Dominicae Passionis ego ferus Crucis tam crudeli nec proficior me esse liberatum. Sed nullus potest istam armaturam induere, nisi carnis luxuriam per continentiam coarctet.



11. Nascentem voluptatis sensum praesenti aliquo dolore accito extinguere.

Denique multum iurabit habere stabilem Confessionem pium ac prudentem, eiusque pia consilia sequi; nam suggeret remedia, quae penitentibus erunt utiliora, & huic tentationi superanda aptiora.

*Nota.* Ista remedia valent etiam contra alia vitia & tentationes.

## ARTICULUS V.

## De Ira.

Quaest. I. *Quid est Ira?*  
*Resp.*

Est inordinatus appetitus vindictae. Ira autem est inordinata dupliciter. 1. Ex parte objecti, cuius quis vindictam optat ei, qui non meruit, vel majorem quam meruit, vel inferendam sine legitima auctoritate; vel licet sit iusta, non tamen eam appetit ut iustam, sed ut satisfaciendam animi sui malevolii. Ira sic inordinata est peccatum mortale ex genere suo, cum sit contra caritatem & iustitiam. Hinc ad Gal. 5. ira numeratur inter opera carnis excludentia a Regno Dei. Potest tamen esse venialis ob defectum sufficientis advertentiae, vel ob levitatem materiae.

2. In modo irascendi, utpote si quis nimis ardentem irascatur, utpote si quis nimis exterius manifestet signa irae. Et sic ira secundum se non habet esse sui generis rationem peccati mortalis; ait S. Th. 2. 2. q. 15. art. 2. Potest tamen esse mortalis ratione scandalii, blasphemiae, iniuriae, convicii, maledictioe, &c. quae ex nimia ira commotione oriuntur.

Quaest. II. *Quanam sunt filiae irae?*

*Resp.* Sunt. 1. Indignatio quae est animi commotio contra alium, ob malum ab alio acceptum, quia hoc indignum reputat. Saepe venialis est: mortalis vero ratione maledictioe, contumeliae, gravis odii, contemptus, vindictae, vel scandalii.

2. Timor mentis, qui est metus quaedam exasperationis animi, & excogitationis diversae vindictae vias. Mortalis vel venialis est pro qualitate vindictae excogitatae, & expertae.

3. Clamor, qui est inordinata & confusa locutio. Potest esse mortalis ratione convicii, maledictioe, scandalii &c.

Denique blasphemiae, contumeliae, maledictioe, pugnae, seditiones, vulnera, homicidium. Quae omnia sunt ex genere suo mortalia, utpote contra caritatem & iustitiam.

Quaest. III. *Quanam sunt irae remedia?*

*Resp.* Praecipua sunt, considerare quam sit iniusta & perniciosa; orare, meditari mansuetudinem Christi; nil unquam agere & loqui ex motu vel in motu irae, sed solum postquam sedatus est; omni cura impellere iram motum, & excitatum statim reprimere, excipere frequentes actus caritatis, mansuetudinis, patientiae, humilitatis &c.

## ARTICULUS VI.

## De Invidia.

Quaest. I. *Quid est Invidia?*

*Resp.* Est tristitia de bono proximi, quatenus videtur imminuere gloriam, vel excellenciam

nostram, quia nempe in eo bono ab eo aequatur vel superatur. Ad eam revocatur gaudium de malo alieno, quatenus id bonum invidenti aestimatur. Mortalis est ex genere suo: nam directe opponitur caritati, cuius est de bono proximi gaudere, & de illius malo dolere: & ad Galat. 5. invidia dicitur excludere a Regno Dei. Estque diabolicum vitium, ex Sap. 2. *Invidia Diaboli mors introivit in orbem terrarum. Instaurantur autem illum, qui sunt ex parte illius.* Invidia autem sumpta pro habitu, est vitium inclinans ad talem tristitiam, & ad gaudium praesidium.

*Nota.* Ex S. Th. 2. 2. q. 36. art. 2. tristitia de bono alieno potest contingere quatuor modis. 1. Cum quis dolet de bono alicuius, v. gr. potestate, in quantum ex eo sibi vel aliis damnum timet. Talis tristitia est licita, si inde timeas malum certo iniuste inferendum, ob quod liceret sibi privare talem bono, si haberes potestatem ad illegitimum accessum. 2. Potest quis dolere de bono alterius, non ex eo quod ipse habet bonum, sed ex eo quod sibi deest bonum illud, quod alter habet, ut si minime cupiat alterum illo carere. Et hoc non est invidia, sed emulatio, quae fit circa bona spiritalia, & honesta, laudabilis est: si autem fit de bonis temporalibus, potest esse cum culpa & sine culpa, prout bonum est dolenti proportionatum & necessarium, vel improportionatum & supervacuum, & propterea ad bonum vel malum finem. 3. Cum quis dolet de bono alterius, quia is eo indiget, quae tristitia mortalis est, si fit de bonis supernaturalibus, vel si quis Dei providentiam arguat, quod peccatoribus bona temporalia largiatur & bonos affligat; nam est Blasphemia. 4. Cum quis dolet de bonis alicuius, in quantum alter aequat aut superat ipsum bonis illis. Hoc est proprie invidia, & ipsa semper est peccatum, ut etiam Philosophus dicit. 2. *Reth. Quia dolet de eo, de quo gaudendum est, scilicet de bono proximi,* ait S. Th.

Quaest. II. *Quanam sunt filiae Invidiae?*

*Resp.* Sunt. 1. Odium. 2. Delectatio. 3. Gaudium in malis proximi. 4. Susurratio, quae est sermo, quo sine iusta causa refertur alicui de alio aliquid aptum ad dissolvendam eius amicitiam cum illo. Mortalis est contra iustitiam, quia per illam grave damnum proximo iniuste inferitur: nam quisque habet ius ut per injuriam, seu sine iusta causa privetur amicitia alterius, quae est magnum bonum, iuxta illud Ecclesi. *Amicus fidelis pretiosus fortis qui invenit illum, invenit thesaurum. Amico fideli nulla comparatio &c.* Hinc illud Ecclesi. 21. *Susurro coinquinabit animam suam, & in omnibus obstat.* Et illud 28. *Susurro & bilinguis maledictus: multos enim turbabit pacem habentes.* Quare susurratio est gravissimum peccatum; ut patet etiam ex Prover. 6. ubi dicitur: *Sex sunt quae odit specialiter Dominus, & septimum detestatur anima eius: nempe, cum qui seminat inter fratres discordias.*

Ad susurrationem mortalem sufficit quod sine iusta causa refertur alicui de alio aliquid aptum ad dissolvendam eius amicitiam cum illo, licet refertur sine intentione eam dissolvendi: quia tunc ponitur iniuste & voluntarie causa dissolutionis amicitiae. Quare susurro tenetur restituere, in quantum potest, amicitiam iniuste ab ipso ablatam, & alia damna inde

inde secuta; perinde ac detractor famam, cum sit causa iniusta talium damnorum.

Alia vitium etiam mortale ex genere suo. Unde ad Rom. 1. inter eos, qui digni sunt morte recenseantur pleni invidia, malignitate, susurrantes, detractores, sine affectione &c.

Quaest. III. *Quanam sunt invidiae remedia?*

*Resp.* Praeter orationem sunt haec. 1. Considerare te non ideo minus habere; invidiam invidenti nil prodesse; nam non ideo alter carebit bono, quod tu invides, nec tu illud obtinebis, etiam si eo careat: quinimo gravissimum inferre malum, privando invidium gratia ac amicitia Dei, & beatitudine aeterna; e contra gaudendo de bono proximi propter Deum, te mereri augmentum gloriae aeternae, quod est bonum infinite majus omnibus bonis temporalibus. 2. Saepe gaudere de bono proximi, quia est proximus, quem sicut te ipsum diligere debes propter Deum. 3. Gratificari ei cui invides, illum laudare, orare Deum pro ejus bono, & gratias agere Deo propter beneficia ab eo in ipsum collata &c. 4. Humilitas & contemptus gloriae ac honoris humani: *Non efficiamur inanis gloriae cupidi, in vicem provocantes, invicem invidentes,* ad Gal. 5.

## ARTICULUS VII.

## De Acedia.

Quaest. I. *Quid est Acedia, & quale peccatum?*

*Resp.* Acedia late sumpta est quodvis redium, seu animi remissio in exercitio virtutum, ob laborem seu molestiam ac difficultatem adjunctam. Sic sumpta non est vitium speciale, sed generale, quia (ut ait S. Th.) omne vitium refugit bonum virtutis oppositae; estque contra illam virtutem, cuius actus refugit. Est autem peccatum mortale vel veniale, prout est illa violatur praecipuum in re gravi vel levi. Acedia strictè sumpta est tristitia & redium de di-

vina amicitia appetitiosa ut mala propter adjunctam difficultatem illius obtinende & conservande per laboriosa virtutum exercitia, & voluptatum illicitarum fugam; unde fit, ut quia amicitiam ipsam non curet. Sic sumpta, est vitium speciale, & per se mortale, nam specialiter est graviter caritati Dei repugnat.

Quaest. II. *Quanam sunt filiae acediae?*

*Resp.* Sunt. 1. Malitia, quia quis odit bona spiritalia, & velle ea non esse; aut quia ipsum pennitet bonum fecisse; aut quia contemnit Dei beneficium, v. g. cupiendo non agnovisse Christum, non fuisse Religionem professum &c. ob difficultates, quae in Dei obsequio superantur. Est mortalis ex genere suo. 2. Pusillanimitas. 3. Desperatio. 4. Rancor, qui est indignatio & fastidium adversus eos, qui ad virtutum opera & fervorem inducant, ideoque eos refugit.

5. Torpor qui est languor animi, quo bonum vel omittitur, vel negligenter fit. Est mortalis, si bonum sit graviter praecipuum, & semper valde periculosus est, dispoitque ad mortale.

6. Evagatio mentis in oratione aliusve exercitio spiritalibus. Mortalis est in oratione vel exercitio spiritali graviter praecipuum, si in parte notabili voluntarie durer; venialis vero in oratione non praecipua, nisi sit circa objecta graviter illicita; quae placeant.

Quaest. III. *Quanam sunt Acediae remedia?*

*Resp.* Praecipua sunt oratio, omnia religionis & pietatis exercitia, quotidiana meditatio rerum caelestium, laborum ac Passionis Christi & Sanctorum, perfectionum ac beneficiorum Dei, praemiorum servidae caritatis, brevitas laborum, aeternae beatitudinis, damnorum torporis &c. lectio librorum spiritalium, quotidiana auditio Missae, frequentis confessio & communicatio cum debitis dispositionibus, temperantia, fuga otii, maceratio carnis &c. (Vid. N. 144.)

Finis Partis Secundae Tomi Primi.



Faint, illegible text at the top of the left page, possibly bleed-through from the reverse side.

More faint, illegible text on the left page, partially obscured by the coat of arms.



Faint, illegible text on the left page, partially obscured by the coat of arms.

More faint, illegible text on the left page, partially obscured by the coat of arms.

Faint, illegible text at the bottom of the left page, possibly bleed-through from the reverse side.

*Invers Parlia 200000 7000 10000*

The right page is mostly blank, showing signs of aging, including yellowing and several large brown stains.

